



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 28. Novum Calendarium in Galliis receptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. „rectionis annus recte dici debet, exem-
A. C. 1582. „ptos, partim ob ternos etiam dies
 „quolibet quadringentorum annorum
 „spatio minime intercalandos interum-
 „patur, necesse est Cyclus literarum
 „Dominicalium viginti octo annorum ad
 „hanc usque diem usitatus in Ecclesia
 „Romana; volumus in ejus locum sub-
 „stitui eundem Cyclum viginti sex an-
 „norum ab eodem Lilio tum ad dictam
 „intercalandi biffexti in centesimis an-
 „nis rationem. „

§. XXVIII.

*Novum Calendarium in Gallis re-
ceptum.*

*Thuan. &
Blond. l. c.*

Hæc Pontificis Constitutio in Italia,
 aliisque vicinoribus Provinciis ex-
 acte servabatur, attamen Galli hoc sy-
 stema amplecti aliquamdiu tergiversa-
 bantur, tandem vero Rex die tertia No-
 vembris hanc in rem promulgabat edi-
 ctum, quod nullo obnitente in Senatu
 ad tabulas relatum ubique divulgaba-
 tur: ibidem autem Rex præcipiebat,
 ut a Mense Decembri decem dies de-
 merentur, atque a nona præfati Men-
 sis die statim ad vigesimam transfiretur,
 proin Nativitatis Dominicæ dies hoc
 anno die decima quinta Decembris ce-
 lebraretur. Postea Gallorum exem-
 plum sequebantur Belgæ procurante
 Ande-

Andegavenſi Duce, qui velut harum Sæcul. XVI.
 omnium Provinciarum Princeps agno- A.C. 1582.
 ſcebatur, ac ſummi Pontificis gratiam
 hæc in re demereri gaudebat: præterea
 anno Salutis noſtræ milleſimo quingen-
 teſimo octogefimo tertio in Hollandia, &
 Friſia idem Gregorii Pontificis ſyſtema
 adoptabatur, quamvis Ultrajectenſes, &
 Geldrienſes priſtinum calculi errorem
 deſerere renuerent.

§. XXIX.

*Novum Calendarium in Comitibus Au-
 guſtanis propoſitum.*

Græci Schismatici, necnon Germa- Thuan. l. 76.
 niæ, Sueciæ, Daniæ, & Angliæ Victoret
 Proteſtantes novi hujus Calendarii apud Ciar.
 uſum, quamvis de ejus neceſſitate ipſi- pag. 15.
 met convicti eſſent, recipere abnuebant,
 nulla alia ducti ratione, niſi quod hæc
 emendatio facta fuiſſet a Principe Ec-
 cleſiaſtico, cujus jurisdictionem ipſi
 non agnoſcerent: nihilominus ſummus
 Pontifex omnem impendit operam, ut
 hæc Correctio in Germania acceptare-
 tur, quam in rem Madrutium Cardi-
 nalem Tridentinum Episcopum ablega-
 bat, cui Imperator ſpondebat, quod in
 comitiis Auguſtæ die vigefima ſeptima
 Junii